

Andreas Daniel Habichhorst   Joachimus David Müller

**Disquisitionum Exegetico-Theologicarum super Illustriora Prophetarum Loca  
Praellectiones Publicas Sub Incudem Revocantium Undecima De Magni Luminis  
Gaudiique Inter Sedentes In Tenebris Jhudaeos & Gentiles, Primumque  
Zebulonitas & Naphthalitas Nato ac Docente Christo Facta, Manifestatione, Ex  
Jsa. IX.1.2.3.**

Rostochi[i]: Weplingius, 1688

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73381848X>

Druck   Freier  Zugang



RU theol. 7.Jan. 1688

Habichhorst, Andr. Dan.







DISQUISITIONUM EXEGETICO - THEOLOGICARUM  
super  
ILLUSTRIORA PROPHETARUM LOCA  
PRÆLECTIONES PUBLICAS  
SUB INCUDEM REVOCANTIUM  
UNDECIMA

De  
MAGNI  
LUMINIS  
GAUDIIOQUE

INTER SEDENTES IN TENEBRIS  
JHUDÆOS & GENTILES,  
PRIMUMQUE ZEBULONITAS & NAPHTHALITAS  
NATO ac DOCENTE CHRISTO  
FACTA, MANIFESTATIONE,  
Ex ISA. IX. 1. 2. 3.

Quam  
Auspice DEO-Homine, Pl. Reverenda Facultate THEOL. consentiente,  
PRÆSIDE

ANDREA DANIELE  
HABICHHORSTIO,

S. TH. D. E. JUSDEMq; PROFESS. PUBL. ORD. & CONSIST.  
DUC. MEKELB. ASSESSORE DESIGNATO,

In Celeberr. Univers. Rostoch. Aud. Majori,

Ad d. VII. Jan. hor. mat. 1688.

publicæ collationi Academicæ sistie

JOACHIMUS DAVID Müller/


Perlebergâ Marchicus,

Rostochl. T. 1705 JOH. WEPPLINGII. Univ. Tab. 100

PROPTER QUOD...  
ILLUSTRIORA PROPHECIARUM LOCA  
PRAEFLECTIONES PUNICTAS  
SUB TITULO REVOCATIONUM  
LADACIA

MAGNI  
LUMINIS  
GALDIONE

INTER SECVLIT IN TERTIUM  
HUBROS & GHTILES  
PRIMUM SECVLONIT & SECVLONITAS  
SATO DE DOCP...  
FACTA MAN...



ADP...  
ANDREA DANIELLE  
HABICHORSTIO

ST...  
M...  
JOACHIMS DAVID...

*Loco, quem Lux Evangelii praconio Messiae primùm collustrare debuit, olim tenebris & angustis presso. & vilipenso, novissimis v. temporibus gloriose illustrando.*

**C**irca sensum & ordinationem obscurioris hujusce versus, qui juxta quosdam caput 8. claudit, juxta alios v. caput 9. orditur, valde se torquent & digladiantur Interpretes. Nos ut eidem aliquam fœneremur lucem, quem versiones quædam obscurarunt, tres præcipuè quæstiones paucis expediemus. Nam (1) quæritur, quis *nexus* loci hujus cum præced. & seqq. (2) quis ejusdem *sensus*, an comminationem de tenebris & angustis continuet, an consolationem auspicietur? (3). an hic versus claudat cap. 8. an verò nonum ordiatur? vel an priora ejus verba ad cap. 8. posteriora v. ad 9. sint referenda, & an divisionem illam probet allegatio ap. Matth. 4. 15. facta? Quod (1) quæstionem de *nexu* attinet, is certè arguitur particula *in* in frontispicio versus hujus occurrens, de qua disceptatur, an h. l. *causaliter* (uti communiter) significet, notans *quia*; an v. *adversative* accipienda notet *quavis*, sed, uti accipitur Gen. 48. 14. Deut. 11. 7. &c. Conf. Glass. Phil. S. l. 3. Tr. 7. can. 11. & 13. Nos *adversative* illam interpretamur. Qvalis enim foret connexio hujus cum præced. versu, si causaliter hic acciperetur? Id quod ex dicendis patebit. Scilicet in præced. & quidem loco proximè exposito, Isa. 8. 20. minatus fuerat Propheta cultoribus Pythonum & contemtoribus legis ac testimonii divini *amissionem aurora* h. e. in primis gratiæ & lucis spiritualis privationem; uno verbo: *cacitatem*; conf. Disp. præced. eamq; comminationem v. 22. exaggeraverat his verbis: *suspiciet sursum & deorsum in terram* *Ecce angustia & tenebris, obscuritate coarctationis & caligine impul-*



## ILLUSTRIORUM ISAIE LOCORUM

*sus erit.* Jam sequitur locus præfens, qui certè ab adversativa כִּי incipiens, minas in consolationem convertit his verbis: כִּי לֹא מוֹעַם לְאִשֶׁר מִצַּק לְהָרָה *sed non erit obscuratum illi vel: sed non (erit, afferetur) obscuratio* (sc. omnimoda, perpetua) *illi* (populo) *cui coarctatio in illa* (terra) q. d. licet Deus terram Israelis gravissimis hætenus tenebris & angustiis affecerit vel affecturus sit; non tamen permittet illam penitus & perpetuo obscurari, sed eandem olim obscuratam dehinc illustrabit. Nexus ergo identitatem topicā earundem terrarum & olim afflictissimarū & novissimis temporibus gloriose illustrandarū in fert.

§. 2. Sed jam (2) de isto loci *sensu* pluribus disquirendum, an sc. ille *continuationem comminationis*, an v. *consolationis* & *promissionis Evangelicæ auspiciū* complectatur? vel an *sensu* comparativo major adhuc futura sit angustia & obtenebratio terræ Israelis, quàm hætenus passa est; an v. *sensu negativo* promittatur, non penitus obscurandam esse terram illam, sed novissimis temporibus per lumen magnum (de quo in v. seq.) illustrandam? Priori sensu *Grosius*, latino & Græco textui adhærens, locum interpretatur, cui is meras continet minas. Ita n. præviâ vulgatâ ad h. l. commentatur: *Prius leviter affligetur terra Zebulon &c. n. p. per Theglath Phalasarum, qui paucos transtulit ex illis locis, multos reliquit 2. Reg. 15. 29. post v. gravius via maris &c. affligetur deportatione per Salmanassarum facta 2. Reg. 17. & 18.* Hætenus ille. Sed posteriorem sensum fons Ebræus insinuat, quo certè Prophetæ promissionis, de magno Lumine Messię in his terris tantopere hætenus obscuratis orituro, facit auspiciū. Ita enim sensus loci hujus commodè satis ex fonte fluit: *Sed non erit obscuratio* (omnimoda, perpetua) *illi* (populo: conf. præced. Disp. v. 19. 20) *cui coarctatio in illa* (terra) q. d. populus & terra Israelis licet tot angustiis & tenebris juxta minas præced. pressa, non penitus perpetuoq; obscurabitur; (q. v. potius Deus) *sicut tempore priori* (perperâ hic Vulg. &c.

DECAS II. LOC. IX. ISA. IX. 1.

& Grotius particulam כ in voce נע negligunt) *vilipendit terram Zebulon & terram Naphthali* (vel; populum illum versus terram Zebulon &c. *ita posteriori* (tempore) *honore affecit: via* (in via, per viam, ellipsis תַּ כ) *maris trans Jordanem, Galilea gentium* (populosa) *Sensum hunc probat* (1.) *negatio deserti*: כִּי לֹא מוֹעָה *sed non obscuratio* (omnimoda) *erit illi* &c. *qua negatur continuandę obscuritatis status.* Vox מוֹעָה an sit ר. הָּוֵה *defatigatus* est; an v. אֵר. הָּוֵה *volavis* &c. disputat, Forma vocis utramq; significationē admittit: Uti n. אֵר. הָּוֵה in Particip. Hophal est מוֹשֵׁב: ita אֵר. הָּוֵה est in Particip. Hophal מוֹשֵׁב. Priorem intendisse videtur Lutherus. Cum v. in præced. versu frequens *senebrarum; & obscuritatis*, (quæ ibidem inter alia quoq; cognatâ voce מוֹעָה notatur) & *caliginis* fiat mentio, præcipueqve copula obscuritatis & angustię ferè ter ibi legatur, hinc significationem *obscurandi* hic obtinere putamus (2) *favet usus verborū הקל & הכביר*, quæ in seqq. h. l. opponuntur. Nam הקל (in Hiph. אֵר. הָּוֵה *levis fuit, levitate præcelluit*) non significat *leviter afflictus est* (ut Grotius interpretatur); sed *vilipendit, despectus*. Proferatur pro Grotio unus locus. Nos v. producimus Ezech. 22. 7. *patrem & matrem* הקלו *vilipenderunt* & I. Sam. 19. ult. הקלו חני *vilipendissime*. Contrâ sequens verbum הכביר אֵר. הָּוֵה *gravis fuit*, unde כביר *honor, gloria*) non significat *graviter afflictus est* (uti Grotius commentatur) sed *honore, gloriâ affecit*. Sic Jer. 30. 19. וְהִכְבַּרְתִּים & *glorificabo illos*: q. d. Sicut olim regionem Galilææ (quam tenuerunt duæ tribus Zebulon & Naphthali, quam alluit mare Genezareth) bellicis calamitatibus vilissimè tractavit, prætereaqve ipsa vilis fuit, nec re militari, nec nobilitate, nec scientia nec artibus claruit; unde illud: *ex Galilea nullus propheta, nihil boni* &c. Joh. 7. Sic novissimis temporibus eandem Deus illustrabit & quidem *magno lumine*, præsentia, habitatione, doctrinâ & miraculis Messia, & plurimi inde erunt discipuli, gentium Doctores, uti seq. versus & collatio Matt. 4. 15, evincit. Quod כִּי-

Q<sub>2</sub>

mili

ILLUSTRIORUM ISAIAE LOCORUM

*similitudinis* in כעמ pro particula ἀνωδοτου̅ copulam habeat, quæ h. l. sequitur in voce וְאַחֲרָיו exponenda hic per ita (*ita posteriori tempore glorificavit*) obscurum esse nequit. Sic in Orat. Dom. ως ἐν ἑσπερίῳ καὶ ἔσθ' ἡμεῖς γῆς. Conf. Calov. in Bibl. illustr. p. 53. & Lud. de Dieu h. l. (3) Suffragatur *clarissima loci allegatio*, ap. Matt. 4. 15. 16. quæ manifestò probat, *terram Zebulon & Naphthalim* &c. priori tempore vilissimè habitam, non penitus obscurandam, sed novissimo tempore *per lucem Evangelii ipsiusq; Christi tanquam magni luminis præsentiam, doctrinam & miracula fuisse gloriose illustrandam*, adeoq; h. l. locum esse designatum, in quo præconii Evangelici lux primùm oriri & in quo populus in tenebris ambulans *magnum lumen Messiam* videre debuit. Conf. seqv. loci Exegetis (4) Consentiant, si non in omnibus, tamen in plurimis, Brentius, Osiander, Calovius in Bibl. illustr. h. l. Batavi in recenti sua versione Belgica, quam B. Varenius in Comm. in Isai. h. l. p. 199. singulariter laudat, quæ tamen ead. pag. & præced. 197. adversari nobis quodammodo videtur, licet rationes adversitatis non satis exponat. Quamvis a. Lutheri quoq; versio & Vinariensium paraphrasis Grotio favere nobisq; repugnare videantur, vaticinium tamen de Messia integrum relinquant &c. Conf. Calov. l. c. p. 52.

§. 3. Qv. (2) an versus hic jam expositus *claudat octavum*, an v. ordiatur *nonum caput*? vel an saltem hic versus sit dividendus, ita ut priora ejus verba ad cap. 8. reliqua v. ad principium capitis 9. sint referenda? Grotius certè latinum Gæcosq; secutus Interpretes, versus hunc ad cap. 8. refert; sed falsa nititur hypothesis, quod sc. comminatio præcedentis cap. 8. hoc versu continetur, quod supra est refutatum. Et licet Autores, superiori seculo s. metaphrasticè l. paraphrasticè Biblia tractantes, dicto jam modo versus hunc dividerint; minimè tamen probandos esse putamus: Nec juvat ipsos LXX. viralis versio, quæ sex priores versus voces planè omittit nonumq; caput

DECAS II. LOC. X ISA. IX. 2.

caput sic orditur; *χώρα Ζάβυλον*: Notum enim est, quàm illa sic mendosa hodieq; corrupta. Nec obstat nobis allegatio loci *Matt. 4. 15.* ubi relictis prioribus versus hujus verbis, allegationi versus sequentis *Isaiani* de *magno lumine* agentis, *premittitur* *χώρα* *γρὰ* *φία* *de terra Zebulon &c.* ex hoc versu desumpta. Aliud enim est totum versum allegare & interpretari, aliud ex versu præcedente subjectum versus sequentis, quod in præced. versu explicitè expositū, *ἐξηγητικῶς* assumere & in seq. versu explicare. Non illud, sed hoc tantum Evangelistæ fuit propositum, ceu patebit exegesi loci sequentis conferenti. Conf. quoq; *B. Varen.* l.c. p. 198.

LOC. X. ISAI. IX. 2.

*Populus in tenebris magnum lumen videns &c.*

**E**tiam hic locus immediatè sequens à *Jhudæis* & *Jhudæizante Grotio* disputatur. Quæritur v. an per *populum in tenebris ambulantiem* hic intelligatur *populus Hierosolymitanus, in gravissimis constitutus periculis, quæ tenebrarum nomine appellantur* *Ebraei*; & videre lumen magnum idem sit quod experiri egregiam liberationem caso *Sennacheribi* valido exercitu? An v. locus hic agat de illustri *Messia Dei incarnati, inter Jhudæos & Gentiles, primumq; & præ aliis inter Zebulonitas & Naphthalitas manifestatione*? Prius est glossa *Grotiana*; Similiter ferè hunc locum interpretantur *Jhudæi* & *Pontificii* non omnino nulli; Nos contra cum *Christianis Orthodoxis* posteriorem tuemur sententiam. Quod ut pateat, 1. *Subjectum loci geminum* 2. *lumen magnum* in prædicato paucis visuri sumus.

S. 2. *Subjectum prioris membri* sc. *ΔΥΝ* sc. *populum*, respicit præced. verbum jamjam expositum & quidem nomina locorum ibi designata, terram sc. *Zebulon* & *Naphthali* &c. in qua sitæ erant Civitates *Capernaum* *Bethsaida* &c. prædicatione *Christi* illustrata; posterioris v. membri *subjectum* sc. *habitantes in regione umbræ mortis*, non determinatur ut prioris, adeoq; omnes respicit gentiles. Id quod arguit tum *articulus* in solo priori subje-

Q3

cto

## ILLUSTRIORUM ISAIE LOCORUM

Go repetitus יהלכתי עם העם, qui certe illum indigitat *populum*, qui regiones jam dictas & præced, versu expressas inhabitavit: tum *immediata connexio* citra particulam s. copulativam l. adversativam facta; non n. dicitur עם יעם & *populus* s. *sed populus*, sed עם יהעם *populus ille*, ut sc. denotetur *appositio* inter *populum hunc* v. 2. & *incolas terræ Zebulon* v. 1. rû deniq; laudata superiùs *allegatio hujus* & *præced. loci* ap. Matt. 4. 14. 15. 16. cujus vel solius autoritate inducti locû de Christo interpretamur. Nec dubium, quin *Zacharias* ad h. respexerit Luc. 1. 79. Quid? quod contextus *Isaianus* de Messia agit seq. v. 6. 7.

§. 3. Qvis v. dubitaret *lumen magnum esse Christum*? *Anne magnum is gentium lumen* vocatur Jfai. 42. 7. c. 49. 6. Luc. 2. 33. imò tale *lumen*, quod Jfai. 60. 1. 2. disertè vocatur יהורא Qvod enim v. 1. dicitur *lumen*, id statim eodem versu exponitur per יהורא כבוד i. e. *gloriam Domini*, & seqv. v. 2. per יהורא, *super se oritur יהורא Dominus, Deus* se. in unita sibi personaliter carne. Conf. Joh. 1. 8. & annon is *lumen est ratione divine nature*, *lumen de lumine*, *splendor gloriæ patris*? Ebr. 1. 3. annon *lumen ratione doctrine*, quâ certè rectiùs cognita nobis *aurora & phosphorus* oriri dicitur? Jfai. 8. 20. 2. Pet. 1. 19.

§. 4. Et quis deniq; commentis adversantium haberet *fidem*? *Populus* hic de solis intelligi Hierosolymitanis nequit, cum digerta hic terræ Zebulonis &c. habeatur mentio. *Anne* v. inte. rum est illos excludere, quorum diserta fit mentio; *hos* v. intelligere, quorum nulla prorsus mentio habetur? Et ubi ubi calamitatis & liberationis sub Chiskia in textu vestigium? Falsum v. vestigium est, per *puerum nobis natum* seq. v. 6. Chiski am intelligi; prædicata enim *pueri illius*, sc. *Deus fortis, Pater æternitatis, princeps Pacis*, commentû illud refellunt, quod proximè ad locum illum ostendemus,

Decadis

## DECADIS III.

Loc. 1. ISA. IX. 3.

De

*GAUDIO multiplicatis gentibus converfis amplificato.*

**Q**uisnam genuinus sit loci hujus sensus, non immeritò disqviritur, cum variam ille interpretationem sit passus dubiosq; hic interpretes fluctuare videamus. Nos super illo qvoq; dubio mentem aperturi nostram, 1. *gentem multiplicatam* 2. *gaudii amplificationem*, cum qvæstionibus dubiisve hic occurrentibus, paucis exposituri sumus. Prius s. *multiplicatio gentium* prioribus describitur verbis: הגוי הרבתי i.e. *multiplicasti gentem*. Ubi statim qværitur, qvanam גוי s. *gens multiplicata* hic intelligatur? Certè enim (1.) R. Jarchi, Kimchi & alii *Paraphrastam Jonathanem* secuti de solis intelligunt *Israelitis* s. *Jhudæis*; Jonathan n. vocem גוי exponit per בית ישראל i.e. *populum domum Israel*. In quo licet insigniter errent, observandum tamen, illos vocabulum illud גוי de Jhudæis qvoq; usurpare, adeoq; ab illo recentiorum qvorundam Jhudæorum somnio segreges fieri, qui certè illud גוי solis competere gentibus putant: Unde & nobismet Christianis, ex gentibus oriundis, non sine grandi s. malitia s. inscitia illud tribuunt, qvippe qvos in plur. גוים in sing. v. de uno loquentes Christianos גוי appellat. Etenim vox גוי in singulari semper collectivum esse, nemo nisi cæcus negabit Jhudæus, imò & Jhudæos in scripturis appellari גוי non dubitabit, cui conferre libuerit loca Hof 3. 17. c. 4. 1. c. 5. 6. 8. Gen. 18. 18. Conf. B. Varen. h. 1. (2.) Grotius sequens sententiam Raschi, Kimchii, item Pontificiorum qvorundam, per *Gentem hanc* pro lubitu intelligit *exercitum Regis Assyrii Sennacheribi* & pro obtinendo hoc commento in eodem commate fingit *apostrophem* modò ad Assyrium, modo ad Deum, h. m. O tu, Assyrie, magnū qui.

ILLUSTRIORUM ISAIE LOCORUM

quidem exercitum contraxisti ad 15. millia, sed non eo magis gaudebis. Letabuntur coram te Hierosolymitani; hic ad Deum iterum se vertit Isaias. Hactenus ille. Sed quomodo hæc interpretatio convenit cum seqq. & ubinam ullum de Sennacheribi vel de Chiskia temporibus vestigium? Falsò supponitur per puerum nobis natum seqv. v. 9. non Messiam, sed Chiskiam esse intelligendum, de quo inferius suo dicitur loco. Nos igitur præcedentem respicientes versum, per *גוים* s. gentem hanc intelligimus illos, qui eodem dicuntur ambulantes in tenebris vidisse lumen magnum, item habitantes in terra umbræ lethalis splendorem luminis illius percepisse. Illos v. esse Iudæos & gentes, ex præcedd. constat. E & hic *גוים*, atq; adeo illuminati & ad Christum conversi tum ex natione *העם* s. populi illius Iudaici in tenebris ambulantis, tum ex nationibus Gentium indefinite sub descriptione sedentium in umbra mortis expressorum, sunt *גוים*.

§. 2. Præprimis v. h. l. circa gaudium ex gentium multiplicatione ortum & amplificatum, contentionis ferram reciprocant. Et quidem circa existentiam gaudii amplificati disquiritur potissimum, an sc. vocula *לא* circello Masoretico notata in verbis *לא הגדלת השמחה* sit negativè pro non; an v. affirmativè pro *si*; an v. interrogativè pro *an* accipienda? Nam (1.) negativè accipiunt Patres Hieronymus, Cyrillus, Basilus, quorum verba B. Calovius laudat in *Bibl. illustr. h. l. p. 58.* item Vulgatus, Vatablus, Pagninus, Ar. Montanus, Osiander, Brentius, Corn. à Lapide, Menochius, Paraphrasæ Vinarienses, Calovius, &c. ut sit sensus: *Multiplicasti gentem, hoc ipso non magnificasti gaudium, idq; vel ad condolentiam Apostolorum, quoniam pauci Christum recepturi sunt, vel ad Zelum Iudæorum referunt, cum gentium vocatio Iudæos agrè haberet: ita n. Brentius exponit: gens est multa, sed non erat magna eorum letitia. quia pauci credunt Evangelio. Imò & Lutherus negativè*

re<sup>t</sup>.

reddic; damit manchem der Freuden nicht viel. Et hanc Lutheri Patrumq; sententiam laudatus jam *Calovius in Bibl. illustr. p. 59.* omnibus omnino præfert; Sed *Grosii*, qui negativè quidem, sed alio planè sensu reddit (conf. præced. §. 1.) pessimam dicit p. 58. **Contra** (2.) alii *marginalem Masoretarum* lectionem sequentes *affirmativè* exponunt, h. m. *multiplicasti gentem, propterea El magnificasti gaudium.* Ita *Syrus*, qui disertè habet וְלֵאמֹר עֵי. Lectio nem v. 4. antiquissimam esse, docere nos potest *Targum Jonatan*, qui paraphrasin suam ante Christi tempora adornavit & קרי ל. lectum לו h. l. cum Syro jam laudato expressit. Eadem sententiæ favet *B. Varenus Comment. h. l. p. 205.* ita scribens: *Nos קרי ב. l. insistimus & regulam generalem damus: ubicunq; in Scriptura כתוב לא קרי וְלֵאמֹר, ibi semper קרי est explicatio illius כתוב כחב. Sic hoc in loco לא וְלֵאמֹר ei.* Et post pauca dicit, *Scripturam per לא veram esse & antiquissimam & ipseus Isaia;* Sed addit: *in lingua Ebraica frequens est literarum א & ו item ו & א permutatio: priori modo à Scriptoribus sacris est scriptum, posteriori intelligendum, quod propterea annotavit Mosara.* Eisdem sequitur *Dn. D. Wasmutus*, in *Vind. Ebr. p. 227.* ubi dicit, *solam versionem Syriacam rectè transulisse: Multiplicasti gentem eiq; magnificasti letitiam, & eum eodem rectè facere Chaldaicam paraphrasin.* Eandem quoque sententiam affirmativè לא pro לו accipientium reliquis præfert *Dn. D. Pfeifferus in dub. script. s. vexatis b. l. (3)* Alii utrumq; tam כתוב l. scriptum לא quàm marginale קרי l. lectum לו sed diversimodè conjungūt. Et *Munsterus* quidè conjungit uno eodemq; respectu, reddens: *eidem non magnificasti letitiam;* Sed *R. Kimchi* & alii conjungunt ea diverso respectu, ita ut geminum hic à *Sp. S.* intentum esse vel sensum vel respectum statuunt, h. m. *ipfi הגוי גנף. Iudeis multiplicasti letitiam, & hostibus ejus non auxisti, sed diministi eam.* Priorem quidem conjunctionem *Munsteri* improbat jam jam laudatus *D. Wasmutus l. c. p. 228.* hac

R

ratio-



ILLUSTRATIONUM ISAIÆ LOCORUM

ratione, quod talis conjunctio sit contra tenorem talium notarum Masoreticarum, quæ non conjunctim cum textuali voce in interpretatione sint admittenda, sed lectio adeoq; interpretatio יקרי פ. lectum sit instituenda; Posteriolem v. conjunctionem קרי & כחידem probat p. seq. 229. dicens: per ἀνευξίας τὸ πρὸ marginali illi Kris. lectioni affirmativa subordinatus est alter arcanior sensus negativus, quod sc. gentibus quidem illa letitia omnino amplissima esset futura, nequaquam v. Jbudeis Messiam rejecturis. Eidem prævisse videtur B. Varenius, qui postquam l. c. p. 206. circa hanc controversiam sibi ita objecisset: Sed, dicat aliquis, ergo Propheta aliter scripserunt, aliter intellexerunt, mox in responsione hanc Kimchianam conjunctionem sensusq; subordinationem laudat his verbis: Liceret hic egregiè accommodare R. Kimchii & aliorum (indigitat R. Haggæon, quem p. præced. citaverat) hac de re sententiam, qui omnes geminum hic à S. S. intentum esse vel sensum vel respectum dicunt: sic hoc in loco הגרלת השמחה לל liceret dicere, utrumq; esse à Propheta vocis לל scriptioe per נ involutum, & MAGNUM & NON MAGNUM fore illud gaudium: MAGNUM respectu illorum, qui multiplicantur, NON MAGNUM resp. illorum qui excluduntur sc. impiorum. Sed quicquid hac de re sit, dico, illud ipsum per לל intellexerunt (Propheta) quod Masorete legendum tradiderunt & c. Hactenus ille. Ex quibus in ultimis ejus verbis colligimus, non plene ipsum hanc sententiam probasse, sed in medio reliquisse. Nobis v. hæc sententia non videtur periculo carere; aliàs enim in aliis quoq; locis geminus dari posset sensus literalis, quem tamen Noftrates unicū statuunt; aliàs & in aliis hujus cæmodi locis, in quibus scriptum est לל sed lectum לל tam affirmativè quàm negativè obtineret sensus. Quid v. tum de duobus fieret Isaiæ? c. 49. לא יאסוף כל צרתם & Israel ei colligatur & c. 63. 9. כל צרתם לא צר in omni angustia ipsorum IPSI angustia. Nonne v. laudatus Dn. Wasmutus prioris loci expositionem affirmativam dicit

dicit rectiorem & tum seq. v. 6, tum & locis N. T. Matth. 15. 24. Joh. 11. 52. Rom. 15. 8. multò conformiorem; *posterioris v. negativam* (in tribulatione eorum NON est tribulatus, quæ vulgari, Vatabli & Ariæ Montani est,) prorsus alienam à Spiritus S. intentione & talem, quæ fontem consolationis penitus obstruat, pluribus l. c. p. 230. & 231, contendit? (4) Alii v. conciliaturi suprâ dictos Interpretes, (ut Ludovicus de Dieu in animadv. ad V. T. p. 474, cui prævit Zwinglius h. l.) אֲנֹן לֹא אֲמַלְּפִיכֶם אֲנֹן accipiunt & interrogativè interpretantur, in forma retinentes כִּתְּרִיבִי לֹא negans; in sensu v. defendentes דִּבְרֵי אֲשֶׁר אֲמַלְּפִיכֶם affirmans h. m. *multiplicasti gentem, annon amplificasses gaudium?* ita ut responsum sequatur in verbis: *gavisi sunt coram eo secundum letitiam in messe.* Quamvis a, hæc sententia proximè accedat vel æquipolleat affirmationi: quid enim aliud est dicere, *annon amplificasses gaudium*, quàm: *omnino amplificasti;* eidem tamen omnium locorum similium à Masoretis annotatorum expositio & accentuationes ratio, de qua inferiùs, repugnat.

§. 3. Ex his v. sententiis variantibus nos *secundam* probamus, quæ כִּתְּרִיבִי f. marginalem lectionem דִּבְרֵי אֲשֶׁר אֲמַלְּפִיכֶם f. scripto textuali præfert, adeoq; *orationem* hic *affirmativam* esse censer. Lectionem v. marginalem esse commodiorem evincunt (1) sensus ipse sic satis commodus: *multiplicasti gentem* (sc. ad lucem Evangelii ex Jhudæis & Gentilibus conversam) *& illi ipsi amplificasti gaudium.* (2) verba, immediatè subjecta & versus subsequentes; alioqui tenim primum hoc membrum (*non magnificasti gaudium*) videretur tollere posterius (*letabuntur coram te &c.*) Et quomodo negetur amplificatio gaudii de iis, qui statim in seqq. dicuntur *letati coram Domino secundum letitiam messis.* (3) *Similia variata lectionis* אֲנֹן & לֹא exempla, in quibus certè ex usu linguæ permutatio literarum נ & ו observatur & אֲנֹן exponitur affirmativè per, לֹא. Hujusmodi v. loca

ca

ILLUSTRIORUM ISAIAE LOCORUM

ca dantur 15. ex quibus in Isaia nostro adhuc duo extant paulò  
 antè §. 2. n. 3. citata. Sic Ps. 100. 3. *ipse nos fecit* וְלֹא אֲנַחְנוּ  
**S**US nos (sumus) Job. 13. 15. וְיִקְרָא לִי אֵל וְיִשְׁמָע לִי וְיִשְׁמָע לִי  
*etiamsi occi-*  
*derit me, in IPSO sperabo.* Quamvis a. Lutherus utrobique לֹא אֲנִי  
 (non attento קרי) secundum כתיב reddiderit *negative*: und  
 nicht wir selbst. Siehe er wird mich doch erwürgen / und ich kann  
 nicht erwarten; contextus tamen & constantia Jobi tantopere  
 laudata Jac. 5. 11. Job. 42. 7. 8. 9. affirmativæ lectioni לֹא favore de-  
 prehendantur. Conf. D. Wasm. l. c. p. 231. & in addendis ad p. 230.  
 (4) hanc sententiam comprobare videtur *Accentuatio*. Ita n.  
 B. Varenius in Comment. h. l. p. 204. Pro קרי lecto pronuntiat  
*accentuatio Tipcharcum aliàs adverbium negandi cum verbo ne-*  
*gatur accentu.* Clarius D. Wasmutus l. c. p. 228. manifestò, inquit,  
*omnibus Interpretibus negative & interrogative hunc locum red-*  
*dentibus obstat accentus distinctivus Tipcha in vocula לֹא, qui epin-*  
*cit, eam hic neutiquam explicari posse per NON vel ANNO N; si qui-*  
*dem in ea significatione necessariò requisivisset accentum conjuncti-*  
*vum.* De לֹא pro לֹא conf. Job. 2. 10. Idem in Instit. Accent.  
 Reg. 2. Annot. 4. p. 56. docet, quod לֹא quando est *Adverbium*  
*negandi, perpetuo per accentu servum sequenti verbo, jungatur.*  
 Et hæc quidem ratio ab accentuatione petita in hoc & quibus-  
 dam aliis variatæ lectionis locis procedit: Sic 2. Reg. 8. 10.  
 Quid v. de aliis fiet locis, in quibus illud לֹא, juxta lectio-  
 nem marginalem affirmativè per לֹא exponendum, non habet  
 distinctivum *Tipcha* vel similem, sed conjunctivum *Munach* vel  
*Merca*, nempe Ps. 100. 3. 5. Isai. 49. 6. c. 63. 9. 2. Sam. 16. 18. &c.  
 Nimirum colligimus hinc quod, licet לֹא, cum est *Adverbiu*,  
 semper habeat accentum conjunctivum, juxta regulam paulò  
 antè laudatam; non tamen idem לֹא, quando conjunctivum ha-  
 bet accentum, semper sit negandi *Adverbium*: aliàs enim loca  
 similia jam jam citata, in quibus לֹא habet accentum conjuncti-  
 vum, non juxta קרי affirmativè per לֹא reddi possent;  
 sed negative per non reddenda necessariò essent,

RESPONDENTIS

de

NATIVITATE CHRISTI.

1. Subiectum Quod natum non est nudus homo, sed Deus-Homo.
2. Subiectum ex Quo totale est Maria semper Virgo, in qua & ex qua Christus antea per  $\alpha\lambda\delta\omega\omega$  Spiritus S. conceptus erat: unde & verus ac naturalis homo est; partiale uterus matris.
3. An vero Maria clauso Virginali claustro, an eodem rupto pepererit disceptatur. Nos eorum sententia, qui posterius affirmant, & prius negant, favemus. Hoc ipso tamen neq; Virginitatem Matris in dubium vocamus, neq; miraculosam nativitatem negamus.

Ad

Eximie doctum

DN. JOACH. DAU. MÜLLERUM, Perleb.

Post privata ingenii, industriæ & eruditionis Specimina,

In altero Collegio nostro Theologico disputatorio

Super Theologiam Köningianam edita,

Jam in Collegio publico Exegetico-Isaiano

De

MAGNO LUMINE & GAUDIO &c.

Ex Isai. 9. v. 1. 2. 3.

In ipso recentis anni auspicio Responsurum.

MUSARUM † DECUS es, quod & ILLI jugiter AUDIS,

Cui vigor ingenii cognitus ille Tui.

Gratulor hanc laudem! Sed jam, rogo publica scandens

Pulpita fac, omnes Te DECUS esse canant.

Gaudia quæ tractas & Magnum Lumen, AMICE,

Illustrent mentem, gaudia magna ferat,

Atque novum Tibi, quo primus sacra pulpita scandis,

Annum fortunet propositumq; beet!

† Joachimus David Mullerus

Anagr. aff. ex sp.

Musarum Decus illi audio,

LMq;

A. D. HABICHORST, D.

**D**um Tibi materies est magnum lumen, Jesus  
Na te conveniens temporis usus habet!  
Gaudia planè inis animi concepta medullis,  
Tu facis ut resonèt publica rostra Schola.  
Pectoris egregii fervorem fausta secudent,  
Omnia fausta volo; cum novus annus adest.

Doctissimo Dno. Respondenti, Amico per dilecto  
Lmq; scrib.

M. GOTOFREDUS Weis/  
Gr. L. P. P. Facult suz h. t. Decanus,  
& ad S. Nicolai Ecclesiastes.

**S**ic, MÖLLERE, novo nova cepta parabis in anno?  
Et DOMINO strenam nunc dabis atq; bonis?  
Gratulor egregiam promisso carmine mentem,  
Quam novus insigni laudè sequatur honos.  
Accendens lumen magno de lumine magnum  
Tute loco strenam lumen & ipse feras!  
Praesidis haud tantum multo splendore coruscans  
Ast etiam splendens luce subinde tuâ,  
Sic tenebras Verbi praclarâ luce fugabis,  
Tempore sic fies lumen & ipse suo!

M. JOHANNES MAURICIUS POLTZIUS,  
ad S. Johannis Ecclesiastes.

**D**ie Kälte nimt fast zu/die Sonne giebet Strahlen:  
Wer will den großen Fleis der Musen Söh'n' abmahlen?  
Und Hr/ Herr Müller/ hat zur Tugend seine Lust:  
Denn Er der Heiden Licht und Freud' uns macht bewußt.  
M. ERICUS HORNINGIUS, Pruss.

**G**audia dum celebras & magnum lumen honoras,  
Illustras nomen, gaudia multa meres  
Suavissimo Conterraneo & Contubernali suo  
THOMAS Sommerfeld Neo-Rupp. March.

35(0)20











dicat rectiorem & tum seq. v. 6, tum & Joh. 11. 52. Rom. 15. 8. multò conformi-  
*gativam* (*in tribulatione eorum NON est*  
 ti, Vatabli & Ariæ Montani est,) præ-  
 S. intentione & talem, quæ fontem co-  
 struat, pluribus l. c. p. 230. & 231. conten-  
 ciliaturi supra dictos Interpretes, (ut *La-*  
*madv. ad P. T. p. 474.* cui prævit *Zwingli-*  
*non accipiunt & interrogativè* interpret-  
 nentes *לֹא כתיב לֹא negans*; in sensu v. de-  
 firmans h. m. *multiplicasti gentem, annon-*  
 ita ut responsum sequatur in verbis: *ga-*  
*cundum letitiam in messe.* Quamvis  
 mē accedat vel æquipolleat affirmationem  
 dicere, *annon amplificasses gaudium*, quæ  
 eidem tamen omnium locorum similium  
 ratorum expositio & accentuationes ratio  
 pugnat.

S. 3. Ex his v. sententiis variantibus  
 bamus, quæ *לֹא קריפ.* marginalem lectio-  
 textuali præfert, adeoq; *orationem* hic aff-  
 Lectionem v. marginalem esse commo-  
 sensus ipse sic satis commodus: *multiplica-*  
 cem Evangelii ex Jhudæis & Gentilibus  
*amplificasti gaudium.* (2) verba, imme-  
 sus subsequentes: alioqui (enim primum  
*magnificasti gaudium*) videretur tollere  
*eorum te* &c.) Et quomodo negetur ampli-  
 qui statim in seqq. dicuntur *letati coram*  
*ritiam messis.* (3) *Similia variata lectio-*  
 in quibus certè ex usu linguæ permutatio  
 servatur & *לֹא* exponitur affirmativè per-

atth. 15. 24.  
 rioris v. ne-  
 va vulga-  
 à Spiritus  
 enitus ob-  
 lli v. con-  
 teu in ani-  
 רון מן an-  
 orma reti-  
 וקרפ. ול af-  
 gaudium?  
 am eo se-  
 tia proxi-  
 n aliud est  
 mplificasti;  
 tis annos  
 ferius, re-  
 ndam pro-  
 f. scripto  
 le censet.  
 acunt (i)  
 se. ad lu-  
 Et illi ipse  
 ta & ver-  
 rum (*non*  
*etabuntur*  
 dii de iis,  
 ndum le-  
 exempla,  
 & ob-  
 odi v. lo-  
 ca

